

potest fieri, leg. 1. C. de leg. Item huiusmodi interpretationes sunt necessariz naturaliter, d. §. His legibus.

98 Tertio ad idem assertur textus in Extravag. Quia nonnunquam, de verb. signif. ubi Constitutionem e. Exgr. in qua Nicolaus IV. sub certis penis interdixit, ne concordantia, seu contrarietates, seu adversa, seu diversa opiniones ab ipsius Constitutionibus Lectoribus, seu Expositoribus aliquatenus inducerentur, nec super ea glossz fieri ut, nec intellectus ipsius distorqueretur ad aliud, quam litera ipsa sonat, Joannes XXII. ea ratione suspendit, quia argumentis frequenter & collationibus latens veritas aperitur, ac sub eadem littera saepe latet multiplex intellectus; & quia difficile est volentibus constitutionem predictam perfecte legere & intelligere penas adjectas in Constitutione huiusmodi devitare: et propterea voluit per suspensionem dicta prohibitionis viam veritatis aperire, & periculis, possent litterate persona, & precipue scholastica incurere, salubriter obviare. Ergo ob eadem rationes Pius IV. praesum non debet voluisse hanc interpretationem Lectoribus interdiceret, & eo magis, quod censura & poena in ejus Constitutione indicta sunt latae sententiae; cum tamen appositae in Constitutione Nicolai IV. sint comminatioe tantum.

99 Quarto, & ultimo pro predictis adducitur decretum ipsiusmet Concilij Tridentini in cap. 2. §. ff. 2. §. de reformar. in §. ad haec, ibi (praecipitur ut omnes ij, ad quos universitatum & studiorum generalium cura pertinet, diligenter curent, ut ab iisdem universitatibus Canones, & Decreta Concilij integre recipiantur, ad eorumque normam Magistri & Doctores ea, quae Catholicae fidei sunt, doceant, & interpretentur, seque ad hoc institutum initio cujuslibet anni solemnij iuramento obstringant.) Et quamvis Concilium non dicat expresse, ut Magistri & Doctores interpretentur Canones & Decreta Concilij, sed tantummodo ut interpretentur ea, quae Catholicae fidei sunt, tamen cum id jubeat fieri ad normam Canonum & Decretorum S. Synodi, sub hoc praeepto videtur saltem implicite contineri huiusmodi interpretatio. Quae tamen aliter fieri debet a Theologis, atque a Canonistis, ut olim perpendit Sac. Congregatio septimi libri Decretalium sub Clemente VIII. Nam juris Pontificij Professoribus non proponuntur ista dogmata, ut ea speculative, vel ex professo in scholis legant, aut de illis tanquam de suis axiomatibus disputent; quia cum ex articulis fidei deducantur, ut talia ad Theologum pertinent, Jurisperitus vero debet ea scire, & praesupponere tanquam certa, & ex purissimis sacrae Theologiae fontibus emanata, cum factorum Canonum disciplina sit subalternata sacrae Theologiae, & illam praesupponere debeat, ut Medicina praesupponit Philosophiam naturalem, & Musica Arithmetica. Quapropter sicut juris Canonici Professor, qui in gymnasijs librum Decretalium legit, non interpretatur titulum de Summae Trinit. & fid. Cathol. prout obiectum est fidei, & principium a Theologo acceptum; ita cum incidit in materias de justificatione, Praedestinatione, libero Arbitrio, & alias id genus in Canonibus S. Synodi distinctis, non sumet eas expli-

100

101

candas secundum propria principia, sed relinquet Theologis declarandas.

Hanc autem facultatem, seu potius obligationem, quam habent sacrae Theologiae, ac juris Pontificij Lectores interpretandi, ut supra Canones Concilij ad fidem pertinentes, absurdum videtur ut Pius IV. voluerit eis adimere: est enim inverisimile, & ab illius mente profus alienum, ut in ipsamet Constitutione, in qua omnia, & singula Oecumenici Concilij Decreta confirmavit, & ab omnibus suscipienda, ac servanda esse decrevit, voluerit primus Concilium vulnerare, & decretum dicit. cap. 2. §. ff. 2. §. sua Constitutione abrogare facit regula leg. Legata multiter, ff. de adimen. legat. leg. si iudex, de minor. leg. Quod favore, C. de leg. & quod hoc. Alex. cons. 79. Circa primum, nam. 8. vers. Circa septimum, lib. 1. dum dixit indicta ad majorem confirmationem non debere infirmationem operari.

Sed praedictis videtur obitare textus in l. Nemo Clericus, C. de Summa Trinit. & fid. Cathol. ubi districte interdicitur ne quis de fide Christiana publice turbis coadunatis & audientibus tractare conetur in politerum. Et mox subnectitur ratio; quia & injuriam facit iudicio Synodi, si quis semel iudicata, ac recte disposita reolvere, & publice disputare contenderit.

At respondetur, ibi non prohiberi nisi disputationem illam, quae publice suscipitur ad errores disseminandos, & excitandos tumultus, ut indicant illa verba: turbis coadunatis; & elarius illa: perditia, & tumultus occasione requirens: non autem illam, quae fit gratia addicendi in scholis, vel ad errores confutandos, ut declarat ibi gloss. in ver. Requiritis. Innoc. in cap. 2. de Summa Trinit. & fid. Cathol. Et Franciscus Penia in Director. Inquisit. part. 1. schol. 5. & in effect. confentit D. Thom. in 2. 2. q. 1. d. art. 7. ad 2. dum dicit in d. l. Martiani Augusti per Canones confirmatam prohibere publicam disputationem de fide, quae procedit ex dubitatione fidei, non autem illam, quae est ad fidei confirmationem.

Fortius obitare textus in cap. 2. §. Inhibemus, de haeret. lib. 6. ubi Alexander IV. prohibet, ne cuiquam laicae personae liceat publice, vel privatum de fide Catholica disputare; qui vero contra fecerit, excommunicationis laqueo innodetur.

Glossa infiguratione casus, & in ver. Laice persona, recenit duas opiniones. Prima est eorum, qui pro laicis intelligunt illiteratos, juxta vulgare Gallicorum, qui hominem literatum appellant magnum Clericum: absurdum enim videtur, ut Clericus ruralis disputando de fide non incidat in hanc poenam, & laicus Decretorum Doctor incidat; ut ibi per gloss. Unde Cajetanus in 2. d. 2. q. 10. art. 7. dicit, ideo disputare de fide laicis prohiberi, quoniam ut plurimum sunt illiterati, & leges de illis feruntur, quae communiter contingere solent, leg. Nam ad ea, ff. de legibus; fit tamen reperirentur laici literati, possent de fide disputare. Sed hanc opinionem reprobat gloss. prael. leg. & Franc. m. 1. quia infert vim litterae illius Decretalis. Et Albert. in tract. de agnoscent. assert. quest. 13. num. 5. & seq. tenet indistincte laicos prohiberi de fide disputare, non quia illiterati sunt, sed quia laici sunt ad

ad eum modum, quo laici universis interdicitur praedicationis officium in c. Cum ex injuncto, & in c. Sicut, il. secundo, de haeret. Et huic sententiae adhaeret Penia in Director. Inquisit. part. 1. Schol. 23. col. 4. in fin. vers. Sed illud est hic inquirendum ex rationibus per eum adductis, nisi quando disputatio de fide suscipitur honoris & executionis causa, ut ibi per eum in §. colum. vers. Secundo potest, post Cajetan. d. art. 7. id enim laudabile est, ut ait ibidem D. Thomas, & Emeric. in Director. part. 1. quest. 10.

Et quicquid sit de alijs generibus disputationum, certe quod pertinet ad propositum nostrum, nulli prohibetur disputatio illa, quae fit ad majorem Scripturarum intelligentiam, gloss. in Extravag. Cum inter nonnullos, Joannis XXII. in ver. Scripturae, de verb. signific. per text. in Can. Satis evidenter, §. ff. ff. nam ut legitur in d. c. Cum ex injuncto, de haeret. desiderium intelligendi divinas Scripturas, & secundum eas studium adhortandi reprehendendum non est, sed potius commendandum.

Ex quibus habendum non videtur, quin Magistris & Lectoribus liceat decreta, & Canones Concilij Tridentini verbotenus interpretari.

104 Sed QUERES, An liceat eis dictae has interpretationes Scholaribus scribentibus. Respondeo, licere, si id fiat obiter pro explicatione alicujus difficultatis; quia hoc casu nedum distatio, & evulgatio interpretationis, sed ipsa quoque impressio permilla est, ut abunde ostensum est supra in praecedenti conclusione, num. 83. Secus vero si id fiat principaliter, & directe per modum glossae, & scholij, seu commentarij; quia cum ex propria significatione vocabuli, edere, fit etiam dictae, ut alter scribendo excipiat, l. 1. §. Edere, §. de eden. qui ejusmodi glossas dicit, offendit verba, & mentem Constitutionis Pij IV. ut patet ex dictis in quarta Conclusio: num. 63; Facientem id, quod Constitutio prohibet, & sententiam ejus circumvenit, leg. Contra legem, ff. de legib.

DE IUDICIIS.

Cap. Venerabilis.

SVM MARIVM.

- 1 Instantia iudicij non perit per lapsum triennij de jure Canonico: Secus de jure Civili, & n. seq.
- 2 Et quae ratio diversitatis, n. 3. & seq.
- 3 Differentia ut indicatur inter jus Civile, & jus Canonicum, satis est ut in foro Canonico jus Civile non fuerit usu receptum.
- 4 Soporium perfectum non est quod reiterari, & recidivari potest.
- 5 Litem brevitati magis consilium per Canones, quam per leges, & cur. ibid.
- 6 Instantia perempta omnia aita pereunt, datur novus libellus, si iterum contestatur, & omnia sunt de novo, & n. 13.
- 7 Appellatio non datur secundum leges nisi a diffinitiva, sed secundum Canones appellatur a quocunque gravamine.

- 8 Et quid ex Concilio Tridentino, n. 12.
- 9 Instantia non perit triennio secundum Canones in causis tam ordinarijs, quam delegatis.
- 10 Delegatus lapsu triennij non obstante potest in causa procedere, ibid.
- 11 Nisi princeps delegans praefixisset instantiam triennio minorem.
- 12 Instantia in causa appellationis tam secundum leges, quam secundum Canones perit lapsu unius anni, relex causa, biennij.
- 13 Criminalium causarum instantia an de jure Canonico pereat per lapsum biennij, sicut perit de jure Civili.
- 14 Instantia perit etiam de jure Canonico quando reus absolvitur propter irreperum iudicium.
- 15 Causa omnes ad forum Ecclesiasticum quomodolibet pertinentes ex Concilio Tridentino infra biennium terminari debent, quo elapso liberum est partibus iudicij superiores adire.
- 16 Tridentinum Concilium in quo disceptet a jure Civili in praesentia instantia, & num. seq.
- 17 Instantia de jure Civili perit biennio, sed non perit jurisdictioni iudicij, ibid.
- 18 Instantia ex Concilio Tridentino per lapsum biennij perit iudicij, cuius jurisdictionis expirat, sed non perit partibus, nec pereunt acta.
- 19 Causa tam civiles, quam criminales ex Concilio Tridentino coram Ordinario infra biennium sunt terminanda.
- 20 Quod non procedit in Ordinario Commissario.
- 21 Et quid si causa Ordinaria fuit delegata ad jurisdictionem excitandam.
- 22 Conservatores Religionum an ex Concilio Tridentino teneantur infra biennium causas terminare.
- 23 Instantia ex Concilio Tridentino an currat cum non fiat per iudicem, quo minus causa infra biennium terminetur, sed vel ob qualitatem causa, vel ob partium cavillationes & num. seq. usque in fin.
- 24 Instantia non currit si li protrahatur ultra praefixum tempus ob causa magnitudinem.
- 25 Iudex non impartitur officium suum nisi volenti, & petenti, & num. 26.
- 26 Instantia non currit cum causa protrahatur partium cavillationibus.
- 27 Contrarium, num. 27.
- 28 Iudex debet litium brevitati studere, & artibus litigatorum occurrere.
- 29 Sententia lata post instantiam peremptam nulla est.
- 30 Dictio, omnino, importat necessitatem praesentiam.

VENERABILIS. Legitur sex modis, ut hic per Abbatem a num. 2. post medium, vers. Oppono expeditendo glossam. Et ideo summatur varie pro varietate lectionum, ut per Bero. in princip. Communiter tamen sic summatur: Instantia iudicij non perit per lapsum triennij. Hoc dicit: Joann. And. Bellam. Butr. Cardin. Anchar. Imol. Abb. Joan. de Anan. Aretin. & Berous. Et ita ex textu colligit differentiam esse quoad peremptionem instantiae inter jus Civile, & jus Canonicum: nam de jure Civili instantia iudicij perit lapsu triennij post litem contestatam, ut leg. Propterandum, C. de Iudicijs, & tenent communiter Doctores.

ut attestatur Joannes Andreas in *addit. ad Speculat. in tit. de iudic. deleg. §. Resat. in ver. Triennij littera D.* De iure Canonico fecus, ut probatur in cap. *final. de probat.* nam his illa fuit nota tempore Celestini Papæ, ut ibi observat Hostiensis num. 1. & tamen durabat tempore Gregorij Authoris illius Decretalis, & consequenter instantia per lapsum triennij non perierat, cum ab obitu Celestini III. usque ad Gregorium IX. anni viginti novem intercessissent; & ita illum textum ad hoc ponderat Henric. Boich. num. 3. in *fin. vers. Quæ opinio.* Felin. in *princip.* Idem probatur in cap. *Tam ex littera, de integro restit.* nam, ut ibi notat glossa secunda a tempore Eugenij quo lis fuit introducta, usque ad tempus Celestini, effluxerant 4.5. anni. Ad idem inducitur textus in cap. *Cum olim, §. Indices, de privilegi.* ubi fuit facta condemnatio in expensis factis per quadriennium, quo duravit iudicium, & sic instantia ibi non perierat per lapsum triennij. Ad quod etiam facit hoc cap. ubi Communitas Cervienfis asserbat, instantiam iudicij perijisse per lapsum triennij; & ideo recusabat sub iudicis examine respondere: & nihilominus Papa, huiusmodi exceptione rejecta, mandavit iudicibus, ut in negotio ad ulteriora procedant; & ita innuit instantiam non perijisse. Et quamvis neque hæc Decretalis, neque præallegata capitula per modum novæ Constitutionis decernant instantiam durare etiam lapso triennio prout videbatur necessarium ad hoc, ut induceretur differentia inter leges, & Canones, ut cap. 1. *de nov. oper. nunc.* & ibi notant Abb. Antiqu. num. 2. Joan. Andr. num. 5. & alij communiter, tamen satis est, ut iura in casibus contingebus passim supponant, & admittant instantiam causarum durare etiam per triennium, licet super hoc nullum jus reperitur expresse conditum: id enim potuit contingere, quia jus Civile, de quo in prædicta lege *Properandum, C. de iudicis,* non fuit in foro Ecclesiastico receptum moribus, ut clare innuitur in iuribus superius allegatis, arg. *C. in istis, §. Leges, 4. distinet.* & considerat Abbas *hic num. 6. circa finem, vers. dubium est.* Tene igitur conclusionem superius firmatam, videlicet instantiam de iure Canonico non perire per lapsum triennij, quam tenet hic glossa unica, & apertius gloss. 1. in cap. *final. de dolo, & contum.* quæ expresse dicit usque ad triennium restringi lites secundum leges, ne immortales exsistant, sed secundum iura Canonica non finiri instantiam iudicij elapso triennio: & cum illa glossa concordat ibi Hostiensis num. 1. dicens, secundum leges spatium triennij perire instantiam iudicij, sed secundum Canones lites esse immortales, quia & in iuris iudicibus proteclantur, Joan. Andr. num. 1. 1. Bald. num. 1. Butt. num. 15. *vers. Glossa prima est clara,* & alij communiter. Glossa in cap. *Anteriorum, §. Ad hæc, in ver. Imperator, ad fin. 2. quest. 6.* Item gloss. Juris civilis in dicta lege *Properandum, in princip. in ver. Triennij, in fin. C. de iudicis,* & ibi Bart. num. 1. dicens, illam legem fuisse correctam de iure Canonico, quia instantia lites non perit triennio, & ideo eam non servari in terris Ecclesiæ, sed in terris Imperij duntaxat, Innocent. in cap. *Consultat. num. 2. in fin. vers. Alio etiam modo, de offic. Delegat.* licet hic vacillaverit Speculat. in *tit. de*

lud. Deleg. §. Resat. num. 10. vers. Item si instantia, & vers. Sed secundum Canones. Et hic firmant Hostiensis num. 3. *vers. Sed non placet hæc solutio.* Abbas Siculus: Lapsu triennij non obstante potest delegatus in causa ibi commissa procedere, & hic tenet gloss. 1. & idem Abb. num. 8. *vers. Venio nunc ad secundam lectionem, & Felin. num. 3.* licet secus sit secundum leges, ut in d. l. *Properandum in princ. vers. Sed omnes Iudices, C. de iudic. que promittente loquitur de iudicibus tam ordinariis, quam delegatis.* Si tamen Princeps delegans præfixisset instantiam ipsi iudici, & illa esset minor triennali, tunc bene periret iudicij, licet non partibus; & ideo ex eisdem actis factis coram ipso posset causa illa expediri. Ita Bald. in d. l. *Properandum in princ. C. de iudicis, & Felinus hic num. 3.*

8 Fallit primò, communi conclusio in causa appellacionis, in qua tam secundum Canones, quam secundum leges ex lapsu unius anni, vel ex causa biennij instantia finitur, & perit; & appellans cadit a causa, ut cap. *Cum sit Romana, infra de appellat. & in Auth. Et qui, C. de tempor. appellat. cum similib. Felin. hic num. 1. in fin. vers. Fallit autem, & Bero. eodem num.* & dicitur infra in proxima fallen.

9 Fallit secundò, in causis criminalibus, in quibus secundum aliquos instantia iudicij perit per lapsum biennij a tempore lites contestata tam de iure Civili, ut l. 2. *C. de infra certum temp. quam de iure Canonico.* Et in hac opinione fuit Henric. Boich. num. 4. Et potest esse ratio, quia cum dicta l. 2. non reperitur per jus Canonicum correctæ, vel immutata, servari debet etiam in foro Canonico, arg. cap. 1. cum ibi notat. *de nov. oper. nunciat. l. Principimus, in fin. C. de Appellat. & l. Sancimus, C. de restit. Sed certe contrarium probat hæc Decretalis, in qua Archiepiscopus crimen sacrilegij Civibus opponebat; & tamen nec per lapsum triennij instantia perit iuxta communem intellectum, ut bene hic per Bero. nu. 2. Item si dicta ratio valeret, etiam lex *Properandum*, in foro Canonico servanda esset, cum nullibi reperitur expresse correctæ per jus Canonicum: & tamen oppositum est verius, & communius, ut ostensum est supra num. 2. & 3.*

10 Fallit tertio, ubi reus absolvitur propter irreptum iudicium, iuxta cap. *Examinata,* cum ibi traditis, supra eodem, Felin. hic nu. 3. *vers. Fallit secundò.*

11 Fallit quarto, notabiliter in omnibus causis ad forum Ecclesiasticum quomodolibet pertinentibus, quæ in prima instantia ex iure novissimo Concilii Tridentini omnino infra biennium sunt terminanda; ut post id spatium liberum sit partibus, vel alteri illarum iudices superiores adire, qui causam in statu, quo fuerit, assumere debent, & quam primum terminare, ut *sess. 24. de reformat. cap. 20. in princ. Quippe post Concilium Tridentinum cessat ratio à Doctorebus considerata, cur secundum Canones instantia iudicij non pereat per lapsum triennij, videlicet quod cum liceat appellare ab interlocutoria, & quocumque gravamine, appellacionum frequentia sæpe sæpius impedit iudicibus quo minus possint infra id spatium causas definire, quod non contingit de iure Civili, secundum quod ante sententiam diffinitivam non appellatur.*

6 Procedit autem communis conclusio superius firmata in causis tam Ordinarijs, quam Delegatis;

ten, ut dictum est supra num. 5. Etenim ex decretis Concilii in appellacionibus recipiendis jus Canonicum exæquat ut iuri Civili: nam S. Synodus advertens reos criminis plerumque ad evitandas pœnas, & subterfugienda iudicia Episcoporum gravamina simulare, & appellacionis diffugio iudicis processum impedire, in cap. 1. *sess. 13. statuit,* ut in causis vilitationis, & correctionis, sive habilitatis, & inhabilitatis, nec non criminalibus ab Episcopo, seu illius Vicario ante diffinitivam sententiam ab interlocutoria, vel alio quocumque gravamine non appelletur, nisi gravamen huiusmodi per diffinitivam sententiam reparari, vel ab ipsa diffinitiva appellari non possit. Et postea hoc decretum extendendo ad causas omnes ad forum Ecclesiasticum pertinentes, in d. c. 20. *vers. Neque appellaciones sess. 24. decrevit,* ut appellaciones per Superiores quoscumque non recipiantur, nisi a diffinitiva, vel diffinitivæ viti habente, & cuius gravamen per appellacionem a diffinitiva reparari nequeat. Quamobrem cum appellacionis diffugium iam nullum præter iudicibus impedimentum, iure optimo sancta Synodus causis expediendis biennium præfixit, licet jus Civile ob eam causam præfixerat triennium, ut scripsi latius in cap. *Super eo, il. secundò, num. 3. & 29. cum malis seque. usque ad num. 51. infra de appellat.* In hoc tamen discrepat Concilium à iure Civili, quod instantia iudicij secundum leges perit omnino per lapsum triennij, sed non perit iudicij, quia est perpetua, ut d. l. *Properandum, C. de iudic. l. 2. C. de Constitut. pecun. l. ult. C. de scriptis. 30. vel 40. anorum, l. Alisa, C. de divers. rescript. & hic notat Innocentius numer. 1. Hostiensis num. 6. circa finem, in ver. In negotio ipso, Joan. Andr. num. 5. & Abb. num. 8. *vers. Venio nunc ad secundam lectionem.* Et ideo iteratur acta, & omnia fiunt de novo; & indeque provenit, ut lites fiant prolixiores, ut ex Bald. & Felin. superius ostendimus num. 3. At ex Concilio instantia perit quidem iudicij, cuius iudicij expirat per lapsum biennij, arg. l. *Cum non eo die, C. Quando provocat. non est necess. & constat ex dictis supra num. 7. & ex notatis per Joan. Andr. in addit. ad Speculat. in tit. de iudic. deleg. §. Resat. in magna addit. in ver. de Fano, littera K.* Sed non perit partibus: hinc liberum est eis, vel alteri illarum adire Superiores iudices, qui causam quam primum terminare debent, nec pereunt acta, cum idem iudices Superiores debeant causam reassumere in statu, in quo reperitur, ut discretis verbis cavetur in d. cap. 20. *in princip. ubi etiam in §. Præterea disponitur,* (ut si quis ob lapsum biennij ad alium iudicem recurrerit, teneatur acta omnia coram primo iudice gesta ad iudicem ad quem expensis suis transferre.) Et sic acta ipsa non pereunt per lapsum biennij, sicut pereunt de iure Civili perempta instantia triennali. Et cessat illud inconveniens consideratum a Baldo, quod per reiterationem actorum coram eodem iudice lites efficiantur recidivæ & immortales.*

15 Complectitur autem decretum Concilii in d. cap. 20. *sess. 24.* tam causas civiles, quam criminales, cum utatur verbis universalibus, & generalibus, ibi, (Causæ omnes ad forum Ecclesiasticum quomodolibet pertinentes) ut sæpius fuit

resol.

resolutum, & in hoc se conformavit cum iure civili, quod similiter causis criminalibus terminandis praerixit biennium, ut in l. ult. c. Si infra certum tempus, & ita aequavit causas civiles, & criminales, cum tamen jus civile causis civilibus triennium, criminalibus biennium praerixerit, ut in d. l. Propterandum, in princip. c. de iudic.

16 Porro cum dubitatum esset in S. Congregatione An cap. 10. sess. 24. disponens causas in prima instantia coram locorum Ordinariis biennio terminandas, habeat locum in Ordinario etiam 17 Commissario: S. Congregatio censuit non habere. Quid tamen sit esset causa, quae alias iure ordinario potuisset cognosci, & delegata videatur tantum facta causa excitanda jurisdictionis, S. Congregatio nihil decedit.

18 Rursum proposito dubio an idem c. 20. sess. 24. in princ. locum habeat in iudiciis conferentibus Religionum, ut lapsu coram ipso biennio liberum sit partibus adire iudices superiores: Sac. Congregatio dissensit: nam quatuor ex septem Cardinalibus affirmantur comprehendit, tres negant. Itaque res ad Sanctissimum delata est: Sanctissimus respondit non comprehendit, cum decretum sit editum in favorem jurisdictionis ordinariae.

19 Sed queritur An cap. 20. sess. 24. Concilii Tridentini disponens causas a locorum Ordinariis intra biennium terminari debere, alioquin liberum sit partibus, vel alteri illarum iudices superiores adire, habeat locum cum non steterit per iudicem quo minus intra d. tempus causam definiret, sed vel ob qualitatem causae, vel partium cavillationes.

De iure civili causae debent terminari intra tempus statutum in l. Propterandum c. de iudiciis, sed de iure Canonico causae non habent instantiam limitatam, & possunt decidi quandocumque: ut late ostensum est supra num. 1. & seq. Concilium Tridentinum occurrere volens immortalitati litium tempus decidendi causas intra biennium conclusit statuere post illud tempus liberum esse partibus, vel alteri illorum iudices superiores adire, ut in decreto d. c. 20. Cuius capitis dispositio non videtur habere locum quoad primam partem dubii, nempe cum causae qualitas impedimento fuit, ne infra biennium decideretur. Ita clare tenet Abb hic num. 10.

20 & in conf. 16. In praesenti quaestione, num. 2. lib. 2. Ubi valet, ut si lis protrahatur ultra terminum statutum a iure communi, vel municipali non ob impedimentum alicuius, sed ob causae magnitudinem, possit etiam post terminum expediri, exemplificans in casu, quo statutum praerigit terminum duorum mensium ad lites finiendas, & Actor petit remissiones ad testes ultra mare examinandos cum dilacione longiori, quam sit terminus totius instantiae. Idem tradit post Dynum, & Cynum Baldus in l. Si cum ipse, num. 2. motus eo textu iuncta l. Praecedenti, ff. de excus. tutor. In d. l. Propterandum, num. 2. c. de iudic. Maranta in Praxi in vers. Et omnia sunt durante instantia, num. 18. Et ratio est, quam reddit Abbas ubi supra, quia cum non possit imputari partibus, vel iudici dilatio decisionis causae, terminus a Constitutione praerixus est intelligendus, si causa intra illum terminum potuerit expediri: ad

hoc bonus textus in l. final. in fin. c. de adult. in d. l. Si cum ipse, iuncta l. Praecedenti, ff. de excus. tutor. facit text. in l. Ita autem, ff. de administ. tutor.

21 Dubitari magis potest de secunda parte dubii, cum iudex partium subterfugis impediens intra biennium finem liti imponere nequivit, an ipsis partibus liberum sit iudices superiores adire.

Pro ratione dubitandi primo adducitur, quod iudex non impartitur officium suum nisi volenti, & petenti, l. 4. §. Hoc autem iudicium, ff. de damn. infest. ubi Ripa num. 6. dicit statutum, mandans iudici, ut litem finiat intra sex menses, esse intelligendum si fuerit petitum; unde cum iudex a partibus non requisitus, ut terminet causam, potuerit eam terminare, non est dicendus suae jurisdictioni praerudicium fecisse.

22 Secundo quia cum subterfugis, & cavillationibus partium causa in longum protrahitur, instantia non currit, sensu gloss. l. hic. Item gloss. in l. intra actus, in ver. Intra et actum, ff. de minoribus, & fuit opinio Philippi, qui ita hoc cap. Interpretatur, ut hic refertur Jo. Andr. n. 7. & Abb. n. 9. In qua videtur etiam resideri Innoc. hic in fin. cum eam recitet ultimo loco.

23 Contrarium videtur esse verius: nam iudex partium subterfugis, & dilaciones restringere debet, ut intra tempus a Concilio statutum causa possit finem accipere. Innoc. in cap. De causis, in princ. & ibi etiam Abb. num. 6. de off. Deleg. & idem Innoc. in cap. In causis, num. 3. & 6. de appellat. nullus enim tam audax invenitur, qui possit invito iudice causam protelare, d. l. Propterandum, in fin. princ. Unde iudex, qui huiusmodi cavillationibus indulgendo finit liti tempus instantiae est in culpa, & aspernatur Concilium, quod cap. 10. sess. 24. in fin. ipsum iudicem cohortatur, ut causis terminandis quanta fieri potest brevitate studeat, & litigatorum artibus modis omnibus occurrere: merito igitur ad eundem est iudex superior, arg. cap. Nullus, de iurepatr.

24 Confirmantur praedicta, quia tempus a Concilio praerigitur instantiae, non iudici, cum loquatur in rem, in illis verbis, causa omnes, & c. omnino saltem infra biennium a die motae liti terminetur, ut hic per Felin. num. 19. & quavis instantia non pereat partibus, perit tamen ipsi iudici, ut supra ostendimus num. 14. Ergo quicquid geritur a iudice post instantiam liti peremptam, nullius est roboris, vel momenti. Abb. d. conf. 16. num. 7. post med. vers. Non obstant alia motiva, lib. 2. & Felin. hic num. 15. vers. De sententia lata post instantiam, dicens post Paulum de Castro in hoc Doctores omnes concordare. Quod multo magis apparet ex illa ditione, omnino, posita in d. cap. 20. ibi: Atque omnino saltem biennium, &c. quae inducit necessitatem praeripiendam, cap. Cum ex eo, ibi, omnino adstringi volumus: cum ibi notatis per Archid. & Joann. Andr. de elect. lib. 6. Alex. conf. 88. In causa, in princ. lib. 4. Dec. conf. 582. Profundamento num. 2. Grammat. in terminis nostris, ver. 3. n. 3. cum seqq.

25 Non obstant adducta in contrarium. Ad primum enim respondetur: imo iudicem cum videt propere esse finem instantiae, posse ex officio suo

per-

pervenire ad sententiam. Bart. in leg. Scius, & Agerius, ff. ad l. falcid. prope fin. vers. Quarto an istud patet.

Ad secundum respondetur si subterfugis partibus in causa sint, ne causa decidatur, verius esse instantiam currere, licet contra partem subterfugientem competat actio de dolo, l. Arbitrio, §. Dolo, ff. de dolo, Alex. conf. 72. Videtur prima consideratione num. 16. lib. 3. dicens glossam, quae hic tenuit oppositum, a Doctoribus reprehendi. Abbas hic num. 9. gloss. & Bart. d. §. Dolo, ubi ait nec etiam competere restitucionem in integrum ad versus lapsum instantiae: & Roman. ex communi in conf. 220. Circa primum num. 9. alioquin eluderetur decretum Concilii, quod emanavit favore publicae utilitatis, sicut in terminis l. Propterandum, considerat Abbas ubi supra. Secundo respondetur quatenus verum sit instantiam ob partium cavillationem non currere, id tamen procedere in favorem partium, quae non est in culpa, ut intelligit Doctores in locis supra citatis. At nos loquimur respectu iudicis, qui semper est in culpa non refecando dilaciones inutiles, ut dictum est, quo casu partium nullum inferat praerudicium si ab eo ad superiorem devolvitur iudicium, ut declarat Innoc. in c. De causis, n. 5. de offic. iudic. deleg. ubi etiam Abb. n. 6.

Et ita proposito in S. Congregatione Concilii supra scripto dubio, videlicet, An cap. 20. sess. 24. quo cavetur, causas a locorum Ordinariis esse intra biennium terminandas; alioquin post id spatium liberum esse partibus, vel alteri illarum iudices superiores adire: habeat locum si non steterit per iudicem quo minus intra dictum tempus causam definiret, sed vel ob qualitatem causae, vel partium cavillationes: S. Congregatio censuit non habere locum, quando non steterit per iudicem, sed ob qualitatem causae, quod ab ipso iudice decedendum est, si per cavillationes & subterfugis partium.

10 Episcopus proprius quis dicatur quoad hoc ut Clericus coram ipso conveniri debeat. Forus domesticus cum ceteris omnibus concurrat, ibidem.

11 Forum qualiter sortiatu Clericus ratione beneficii.

12 in Foro originis propria, vel paterna Clericus conveniri potest, dummodo ibi sit praesens, licet alibi domicilium habeat.

13 Forum an Clericus sortiatu ratione Ordinis collati.

14 Praelatus inferior habens in loco jurisdictionem quasi Episcopalem, venit appellatione Episcopi proprii quoad hoc ut Clericus coram ipso sit conveniendus.

15 Clericus conveniendus est coram proprio Episcopo sive conveniatur a Clerico, sive a laico.

16 Et in causis tam civilibus quam criminalibus.

17 Etiam si sit Clericus prime tonsurae, & n. 9.

18 Vel suspensus, excommunicatus, interdictus, depositus, aut irregularis.

19 Clericus ut fori privilegio gaudeat quae requirantur ex Concilio Tridentino.

20 Clericus si habitum a se gestum solitum aliqua occasione ad breve tempus deposuerit, non adeo fori privilegium amittit.

21 Habitus an sit clericalis, iudex Ecclesiasticus cognoscit.

22 Clericus ut fori privilegio gaudeat quae requirantur a Concilio Tridentino requiritur fori privilegium amittat, ibid.

23 Idem si inferriat alteri Ecclesiae, quomodo Episcopus mandavit.

24 Clericus beneficio privatus ex Bulla Sixti V. eo quod habitum, & tonsuram non detulerit, fori privilegium non amittit ante litem a iudice Ecclesiastico declaratoriam super facto, & non sequent.

25 Declaratoria facti semper requiritur quantumcumque lex imponat poenam ipso iure.

26 Clericus beneficiatus solitus accedere in habitum, & tonsuram, licet aliquando ralem gestacionem intermiserit, non incidit in poenam privationis beneficii ex Bulla Sixti V.

27 Clericus prime tonsurae de Capella Sacerdotali institutus an gaudeat privilegio fori, licet illius possessionem ob litem sibi motam non acquisierit, & nam: seq. usq. ad num. 46.

28 ad Beneficium Ecclesiasticum constituendam quae requirantur.

29 Beneficium nullius redditus obtinens non dicitur beneficium habere.

30 Beneficium sola cohabitatio, aut institutio ius tribuit etiam sine possessione.

31 Beneficia equiparantur ultimis voluntatibus.

32 Beneficium vacat per obitum privi, licet solam supplicationem signatam habeat.

33 Verba cum effectu sunt intelligenda.

34 Verbum habere, quid importet, & n. 37.

35 Episcopi Titulares, & Comites Palatini non dicitur proprietales, sed adhive.

36 Verba sunt accipienda in potentiori significatu.

38 Institutus plenè non dicitur in beneficio si alius percipit fructus.

DE FORO COMPETENTI.

Cap. Si quis.

S Y M M A R I V M.

1 Clericus coram suo Episcopo conveniri debet, & n. 9.

2 Negocii appellatione venit causa tam civilis quam criminalis.

3 Actionis verbum quandoque refertur ad simplicem petitionem in iudicio factam.

4 Clericus non potest prorogare jurisdictionem alterius iudicis etiam ordinarii absque consensu Episcopi proprii, & n. 7.

5 Concilium accipitur pro consensu quando exigitur ab eo, de cuius superioritate praerudicium agitur.

6 Et praelatum a iure importat necessitatem.

7 Iudex an dari debeat de partium consensu.

8 Et quid servet Curia.

9 Clericus an generaliter, & indistincte coram proprio Episcopo sit conveniendus, & num: seqq. usque ad num. 27.

Prosp. Fagnan. 2. Decretal. Tom. 3.

- 39 Possessor beneficii habetur qui titulum obtinet quoad honorem, & ministerium, licet beneficium ab alio possideatur.
- 40 Clerici ante Concilium Tridentinum an debent esse in Ecclesia inuitati, aut illius seruitio adscripti ad hoc ut fori privilegio gaudent, & num. seq. & num. 60.
- 41 Militres olim non gaudebant privilegio militari-bus nisi in numeros essent relati.
- 42 Clericus Ecclesia deputatus, qui ad Sacrificium quotidianam non accesserit, pro Clerico non habetur ex Concilio Tolitano.
- 43 Impetrans certo modo, qui litem infra prescriptum tempus non movit, tamquam beneficio privatus ex vi regula de annali non gaudet fori privilegio, & num. seq.
- 44 Beneficiati duo in eodem beneficio simul esse non possunt.
- 45 Clericus non beneficiatus solitus Ecclesie inservire, & in habitu, & tonsura incedere, si nictu, vel interdum in habitu laicali deprehendatur cum armis, an fori privilegio gaudeat, & nu. seq. usq. ad nus. 59.
- 46 Clericus beneficiatus ex Concilio Tridentino fructus fori privilegio, licet habitum & tonsuram non deserat.
- 47 Clerici calibes de iure communi etiam non beneficiati ante monitionem gaudent privilegio fori, licet in habitu non incedant; Clerici conjugati secus.
- 48 Sed hec differentia sublata est a Concilio Tridentino.
- 49 Clericus non habentibus requisita Concilii Tridentini non admittitur perpetuo privilegium fori, sed suspenditur ad tempus.
- 50 Animi iudicium ex perseverantia diiudicatur.
- 51 Habitus Clericali non prodest ei, qui antea publicè se gerebat pro laico.
- 52 Verba legis civiliter, & non amaro sunt intelligenda.
- 53 Continuè habitare in civitate quis dicitur etiam si tempore mensium non permaneat.
- 54 Vitas orationis regulata ab eodem, verbo operatur ut equalis sit determinatio quoad omnes.
- 55 Religiosus, qui iocosa levitate ad horam dimittit habitum, & aliam assumit, non incidit in penam Apostasia.
- 56 Clericus deserens ad breve tempus vestes virgatis, & parvas non incidit in penam Clemen. Quoniam, de vita, & honestate cleric.
- 57 Tempus delicti attenditur quoad penam imponendam, non quoad competentiam Iudicis.
- 58 Iudex laicus retinens in carcere Clericum deprehensum in habitu laicali an, & quando excusetur a censuris.
- 59 Consuetudo, qua Clerici habitum, vel tonsuram deserentes fori privilegio gaudent, licet beneficium non habeant, nec alicui Ecclesie inserviant, an sit observanda, & nu. seq. usq. ad n. 72.
- 60 Clerici incedentes in habitum, vel tonsura de iure communi gaudent privilegio fori, licet Ecclesiam non inserviant.
- 61 Consuetudo iuri communi conformis sublata intelligitur eodem iure sublata.
- 62 Consuetudo cur fuerit sublata a Concilio Tridentino sess. 23. cap. 6. quoad Clericos conjugatos tantum.
- 63 Consuetudo quod Clerici conjugati gaudeant pri-

- villegio fori, licet habitum & tonsuram non deserant an valeat de iure communi.
- 64 Consuetudo dispositionem idem, quod ius antiquum correctum, presumitur rationalis, & num. 68, & 73.
- 65 Consuetudo contra Concilia generalia non potest valide intruduci, & num. seqq.
- 66 Concilia generalia censentur habere clausulam derogatoriam ad sequentes dispositiones contrarias.
- 67 Et quid in Concilio Tridentino.
- 69 Constitutiones Papales censentur effectum sortite cum primam sunt promulgatae.
- 70 Et quando censentur abrogata per contrarium usum.
- 71 Exceptio quod non fuerint usua recepte, non admittitur.
- 72 Canonis privilegium an fuerit ademptum Clerico non habentibus qualitates, cap. 6. sess. 23. Concilii Tridentini, & num. seq. usq. in fin.
- 73 Fori privilegium quas ob causas a Concilio Tridentino fuerit limitatum.
- 74 Canonis privilegium facilius amittitur de iure communi, quam privilegium fori.
- 75 Clerici quavis fori privilegio non gaudeant, tamen puniti possunt ab Episcopo prevalente si pro Clerico abbas publice segerant.

SI QUIS. Clericus coram suo Episcopo conveniri debet. Hoc dicit. Et ponit duo dicta alternativè. Secundum ibi, vel consilio.

Nota primò ex textu Clericum esse conveniendum coram proprio Episcopo. Dicitur autem Episcopus proprius, vel suus, ut habent alia editiones, relata ab Antonio Augulino in notis ad primam Collectionem Decretal. lib. 2. tit. 2. cap. 1. tum ad exclusionem Episcopi alieni, quoniam debet falcem mittere in alienam messem, c. scriptum, 6. quast. 3. c. 3. infra de Paroch. & 9. qu. 2. per totam: tum ad exclusionem Iudicis secularis, ut cap. In solita, & cap. Placuit, 1. 1. quast. 1. cap. prox. & cap. Si diligenti, infra eod. tum demique ad exclusionem inferioris Prælati: nam de iure communi Episcopus solus fundat intentionem super jurisdictione ordinaria in tota diocesi, cap. Cum Episcopus, & ibi gloss. in ver. Habere, & Doctores notant, de offic. Ordin. lib. 6. cum concord. De quo tamen plenius dicam infra in prima questione, in qua explicabo in ipse quibus modis dicatur proprius Episcopus.

2. Secundò nota ibi, negocium, appellatione negocii venire causam, seu questionem secundum Innocent. & Abb. Antiqu. hic in princip. Hostien. in ver. Negocium, & Joan. Andr. num. 2. Unde & dissentit a negotiatione, quia negocium in causis, negotio in commerciis dicitur, ut legitur in cap. Forum, §. Negocium, infra de verbor. signific. suis Codex habet, si quis Clericus cum Clerico causam habuerit, ut refert Anton. Augulino loco citato.

3. Tertio nota ibi, actio ventiletur, actionis nomen quoadquod; refertur ad simplicem petitionem in iudicio factam: nam secundum Canones Clericus non tenetur ad actionem proponere, sed satis est ut quoquo modo de sua petitione in libello appareat, cap. Diligenti, & cap. Examinata, supra de

de Iudic. & hic per gloss. in ver. Actio, Host. in eod. verb. & Butr. num. 4. Licet secundum Abb. num. 3. & Marian. Socin. num. 2. verbum, actio, stet proprie: quia textus non præcipit ut actio proponatur, sed ut ventiletur, scilicet ipsam ius comprehendens: nam actio est ius prosequendi in iudicio quod sibi debetur, ut Instituit. de act. in princip. & ideo dicitur sine actione neminem experiri, l. Si pupilli, §. Videamus ff. de negot. gest. Sed magis placet prima expositio glossæ, quia illud ius non ventilatur in iudicio sub formalitate actionis, sed tamquam simplex, & nuda petitio. Et quamvis sine actione de iure Civili nemo experitur, tamen de iure Canonico non est necessesse ut hoc faciat per modum actionis, ut in iuribus præallegatis. In prima compilatione Decretalium non habetur illud verbum, actio, sed legitur, accusatio ventiletur, ut refertur ab Antonio Augulino in cap. 1. hoc tit.

4. Quarto nota ibi, vel consilio, Clericum non posse prorogare jurisdictionem alterius Iudicis etiam ordinarii absque consensu Episcopi proprii, & ita consilium, hic accipitur pro consensu, seu licentia: nam solum consilium non sufficit, cap. proximo, infra eod. & cap. Romana, eod. tit. lib. 6. secundum gloss. tertiam, hic Hostien. in princip. in ver. Vel consilio, Joan. Andr. num. 3. & Butr. num. 2. & 3. Qui inde infert consilium accipi pro consensu ubi exigitur consilium ab eo, de cuius superioritatis præiudicio agitur; unde non sufficit illud petere, & expectare, sed oportet obtinere, ut notat gloss. & DD. in cap. Si pro debilitate, de offic. deleg. licet alias ex proprietate vocabuli aliud sit consilium, & aliud consensus, ut notatur in cap. Cum olim, supra de arbit. Sed hic impropriatur consilii verbum propter subiectam materiam, secundum Hostien. ubi supra, & Abb. num. 3. ver. Nota ex gloss. Vel dic secundum Petrum de Anchar. in 3. notab. consilium includere consensus, & prolatum a iure importare necessitatem, ita ut Clericus necessario teneatur illud sequi, iuxta materiam l. 1. §. Si plures ff. de exercit. act. & d. c. Cum olim, de arbit.

Ultimò nota ibi, apud alios, quo: utraque pars voluerit: ad hoc ut prorogari possit jurisdictione Iudicis non sui præter licentiam proprii Episcopi requiri etiam consensum utriusque partium iustum enim, & honestum est, ut iudex communiter eligatur, ut hic, & in cap. Placuit, 2. quast. 6. Hoc declarat primò, dummodo prorogatio fiat in iudicem ecclesiasticum, cap. Significasti, infra eod. nam iudicem laicum Clericus sibi constituit non potest, etiam si Episcopi, & adversarii consensus accedat, nec prorogatio firmatur iuramento, cap. Si diligenti, infra eod. Sed ad hoc requiritur auctoritas Papæ, cap. Memnam, 2. quast. 5. & cap. Cum devotissimam, 12. quast. 2. & tenent in cap. prox. infra eod. Hostien. num. 1. in ver. Ventiletur, Joan. Andr. num. 3. in eod. ver. & Butr. num. 7. Declara secundò, dummodo procedatur per viam prorogationis: ad hoc enim formalis delegatio non requiritur, secundum Innocent. in fin. Secus si per viam delegationis, quia tunc non exigitur consensus partium, sed Episcopus solus dat iudices: & quod hic dicitur, quos utraque pars voluerit, est de consilio ne iudex possit recusari, sed tamen commissio valet, etiam partibus non consentientibus; dummodo fiat salvo iure recu-

sationis, & ita procedit textus in cap. Super questionem, §. Quem verò, & §. fin. de offic. deleg. ut hic declarat Joan. Andr. in fin. cum quo Butr. num. 5. & alii transeunt. Sed an hoc procedat post Concilium Tridentinum, plenè dicam in cap. Significasti, infra eodem. Declara tertio dummodo utraque pars sit præfens; tunc enim secundum consuetudinem Curia fit conventientia iudicium: & si concordant, dantur iudices de communi consensu, ut l. Observandum ff. de Iudic. Si discordent, quilibet parti nominatum, & Curia dat tertium ex officio. Si verò altera pars sit absens, obtinet præfens iudices ad voluntatem suam salvo iure reculationis; & in hoc casu potest intelligi textus in cap. Cum R. de offic. deleg. ubi datur iudex ad voluntatem unius partis. Et de hoc stylo Curia Romanæ attestantur hic gloss. ult. Jo. Andr. in fin. Butr. d. n. 6. Abb. n. 4. & Marian. Socin. n. 2. ver. In ea glossa.

QUERO, An generaliter, & indistinctè Clericus sit coram suo Episcopo conveniendus.

Communis regula est Clericum conveniri debere coram proprio Episcopo, ut hic est casus secundum omnes, concordat cap. Si Clericus, ibi, suum Episcopum: nec non ibi, proprium Episcopum, 11. quast. 1. cap. Si quis contra Clericum ibi, Episcopum ipsius adest, infra eod. & in Auth. Et Cler. apud propr. Episcop. collat. 6. cum simil. Et proprius Episcopus dicitur primò, in cuius diocesi Clericus conveniendus domicilium habet: forum enim domicilii dicitur verus, & naturalis forus, ut notatur in cap. fin. & ibi dixi num. 9. post Innocent. Host. & alios infra eod. & cum ceteris omnibus concurrat in cap. Diligenti, & ibi gloss. in ver. Vbi domicilium, infra eod. Si filii, 7. comm. ff. de rescriptum ff. de Iudic. cum similib. Deinde dicitur Episcopus proprius, in cuius diocesi Clericus beneficiatus obtinet ecclesiasticum, licet sit alterius diocesis, textus est in cap. Cum nullus, de tempor. ordin. lib. 6. Et quamvis loquatur respectu ordinis, tamen idem dicendum respectu jurisdictionis: nam qui potest ordinare, potest & iudicare, cap. Nullus Primas, 9. quast. 2. & cap. 3. de Paroch. Adverte tamen, quia aut beneficium personale residentiam non requirit; & tunc potest Clericus in loco beneficii conveniri quando agitur de illo beneficio tantum, & non alias, arg. cap. Sanè, infra eod. l. fin. C. Vbi in rem. act. & cap. Diligenti, 2. secundo, supra de rescriptis. Aut requirit personalem residentiam, & tunc cum rector beneficii, ibi domicilium contrahat, c. Postulasti, infra eod. & notat Innocent. in cap. Ex ore, de privileg. Idem dicendum, quod superius dictum est de Episcopo domicilii, ut scilicet ibi conveniri possit etiam de alibi gestis, secundum Abb. hic num. 6. de quo vide plenè per Marian. Socin. in cap. final. num. 22. infra eodem. Ad hoc Concilium Tridentinum in cap. 1. in fin. sess. 24. ubi privilegia, que competunt residentibus in Curia Romana ratione Eugenianæ Constitutionis, aut familiaritatis Cardinalium, non suffragantur beneficia obtinentibus quo minus ratione diorum beneficiorum Ordinarii jurisdictioni subiecti permaneant; & ita ratione beneficii personalem residentiam non requiritur fortiter quis forum Ordinarii, ubi beneficium obtinet, ratione illius beneficii dumtaxat non obstantibus

bus privilegiis. Rursus dicitur proprius Episcopus, in cuius diocesi Clericus originem propriam, vel patrem, licet alibi domicilium habeat, ut probatur in d. cap. *Cum nullus*, de tempor. ordinat. lib. 6. inducendo illud, ut dixi numero precedenti, & in l. *Assumptio*, cum ibi notat. ff. ad municipal. & in l. 1. *in l. Origine*, C. de munic. pal. & origin. lib. 1. Quod tamen ita tempera, ut in loco originis ita demum possit conveniri sibi sit praesens, alias fecus, secundum Abb. hic num. 6. & notat Bart. in d. l. *Assumptio*, §. 1. num. 2. vers. *Quarto casu*, per textum in l. *Haeres absens*, in 1. *respons. ff. de iudic.* & in l. *Relegatorum*, §. *Dubitatum est*, ff. de interdict. & *relegat.* Praeterea dicit potest Episcopus proprius ratione ordinis collati, ut notat gloss. in d. l. *Haeres absens*, §. *Proinde in ver. Debebit*, vers. *Item ratione ordinis* & illam gloss. dicit linguarem Abb. num. 6. Item potest dici proprius, qui tamen eam intelligit procedere quando Episcopus ordinavit nomine proprio §. *fecus si ex com. nissione alterius*, quia tunc ordinatio tribuitur illi cuius nomine sit, arg. cap. *Si Episcopus de prebend. lib. 6.* Sed certe quando Episcopus ordinat nomine proprio, iam est Episcopus proprius ante ordinationem, cum alias ordinare non possit, ut est textus in d. c. *Cum nullus*, §. *9. quest. 2. per totum*: ergo non apparet quomodo officarius proprius ratione ordinis collati. Forte glossa habuit alium intellectum, videlicet ut ratione ordinis forum quis sortitur, quia laicus effectus Clericus mutat forum, ac genus fori, & effectus de foro Ecclesiae, cap. 1. §. *3. dist. c. Duo sunt*, 1. 2. *quest. 1.* Sed hoc non provenit propter ordinis characterem: nam & ordinatus ab alieno sine licentia Episcopi proprii, licet sit suspensus, tamen est effectus de foro Ecclesiae cap. 1. §. *seq. de tempor. ordinat. lib. 6.* Concilium Tridentinum cap. 8. *sess. 23.* De nam ad effectum praedictum dicitur Episcopus proprius etiam in ratione contractus inter, delictum non nulli, aut rei sitae, ut in d. c. *in infra eod.* & generaliter omnibus aliis modis, quibus forum quis sortitur, quos enumerat gloss. *praelogg. in d. s. Proinde*, & ibi Doctores, & latissimi Marian. Socin. in eod. cap. fin. & ibi dicitur num. 23. Episcopi autem in appellatione in casu huius cap. venit etiam inferior Prelatus habens in loco jurisdictionem quasi episcopalem ex privilegio, vel consuetudine, c. *Cum contingat in fine*, & ibi Doctores, praefertim Abb. num. 18. *infra eod.* c. *Audire de praescript.* & hoc non obstat decreto Concilii Tridentini *sess. 24. cap. 20. §. ad haec*, ut scripsi latissime in c. *Accedentibus a num. 20. usque in fin. de excess. Prelat.* Itaque secundum has omnes acceptiones stat regula, ut Clericus coram proprio Episcopo conveniri debeat.

Extenditur primo haec regula, ut locum habeat sive Clericus conveniatur a clerico, ut hic, sive a laico, ut cap. *Si quis contra Clericum infra eod.* actor enim sequitur forum rei, c. *Experientia*, 1. *quest. 1. cum siml.* secundum Marian. Socin. hic in 1. *notab.* & tenent Hostiens. Joan. Andr. Cardin. & alii, qui verba *Si quis Clericus* suppleant, vel laicum.

Extenditur secundo ad causas tam civiles, quam criminales, c. *Inclita*, 1. *quest. 1. Auth. Statutum*, C. de Episc. & Cler. & in Authen. *vs. Cler.*

apud propr. Episc. collat. 6. & probatur hicia ver. *Negotium*, quod ab Innocentio & aliis exponitur pro causa, sive questione, ut dixi supra in 2. *notab.*

Extenditur tertio etiam ad Clericum primam tonsuram, & probatur in c. *Cum non ab homine*, supra de iudic. ibi, in quocunque ordine constitutus, juncto cap. *Cum contingat, de atar. & qualis*, & in c. *prox. infra eod.* ibi, Clericum ullum, & ibi dixi in 2. *notab.* post Hostiens. Butr. & alios.

Extenditur quarto etiam ad Clericos conjugatos non bigamos habitum, & tonsuram deferentes, c. *unico, de Cler. conjug. lib. 6.* Joann. Andr. in cap. *prox. num. 2.* & ibi etiam Abb. num. 2. & 3. *infra eodem.* Henric. Boich. in c. *Ex litteris*, num. 18. *de vita, & honest. Cleric.* Vitalin. in Clem. 1. num. 55. & 57. *ead. tit. de quo tamen hodie dicit ut scripsi in c. Proposuit*, num. 27. & 28. *infra eodem.*

Extenditur quinto ad Clericum etiam suspensum, excommunicatum, interdictum, vel depositum etiam pro crimine irregularitatem irrogare: nam ante actualem degradationem remanet sub jurisdictione Episcopi, ut probant iura in c. *Dicitur*, 8. 1. *dist. in c.* *Cum non ab homine*, & ibi Dec. num. 6. *de iudic.* & in c. *Degradatio de pœn. lib. 6.* Marian. Soc. in c. *Ad abolendam*, num. 2. 1. *de heret.*

Extenditur sexto ad omnes personas ecclesiasticas, & ad complures alios, qui sunt de foro Ecclesiae, licet Clerici non sint, de quibus scripsi latissime in c. *prox. infra eod.* a num. 1. *6. usque in fin.* post Marian. Socin. hic a num. 4. usque ad num. 24. qui fusi materiam explicat viginti quinque declarationibus.

Extenditur denique centum & sex modis, quos uberissime cumulant Moderni in tract. *de effect. Cleric. effect. primo a num. 2. usque ad num. 668.*

Recipit tamen supradicta regula quamplures declarationes, ut dixi in c. *prox. num. 3. infra eod.* inter quas illa est praecipua, & usufrequens admodum frequens, quam juri communi adiecit Concilium Tridentinum *sess. 23. cap. 6.* ubi statuit, ut (prima Tonsura initiatus, aut etiam in minoribus Ordinibus constitutus fori privilegio non gaudeat, nisi beneficium ecclesiasticum habeat, aut clericalem habitum, & tonsuram deferens alicui Ecclesiae ex mandato Episcopi inserviat, vel in Seminario Clericorum, aut in aliqua schola, vel universitate de licentia Episcopi quasi in via ad majores ordines suscipiendos versetur.) Haec ibi, & S. Congregatio Cardinalium ejusdem Concilii Interpretum declaravit (ad hoc ut fori privilegio gaudeat, requiritur, & sufficere ea, quae alio ex infra scriptis capitibus sigillatim sunt adnotata. Ut obtineat beneficium ecclesiasticum, ut clericalem habitum, & tonsuram deferens in aliquo Seminario de licentia Episcopi degat, ut in habitu, & tonsura incedens in aliqua schola de licentia Episcopi versetur, ut habitum & tonsuram gestans in aliqua universitate de licentia Episcopi moretur.

Sivero quae in aliquo ex his capitibus comprehensa sunt, in Clerico concurrant, sed aliqua occasione habitum a se gestari solitum ad breve tempus deposuerit, non ideo fori privilegium amittit.

amittere. An vero habitus sit clericalis ad iudicis ecclesiastici cognitionem pertinere. Quibus autem casibus Clericus ex Decreto Concilii fori privilegio non gaudet nullam requiri mentionem ut illud amittat.) Haecenus S. Congregatio. Adverte tamen ad illa verba Concilii, *de mandato Episcopi, & de licentia Episcopi*; quia ex ipsius Congregationis sententia non sunt substantialia, ut in subjuncta declaratione.

Joannes Cuperchinus Clericus Romanus, qui primam tonsuram in urbe initiatus, quatuor Ordines minores Panormi cum dimissoriis Domini Cardinalis urbis Vicarii suscepit, Romam reversus, & in habita clericali incedens studium incumbens frequentavit Collegium S. Thomae, ubi Fratrem Donatum publice Logicam tradentem quotidie audivit prout in fide, quae datur ejusdem Fratris Donati; & licet nulli esset adscriptus ecclesiae, tamen non desistit diebus praecipue festis, & aliis intervire sacrificio Missae in Ecclesia S. Jacobi incurabilium, & alibi, prout in fide Sacrae, quae similiter datur, Mox fororis infamia commotus, & stimulis incensus honoris eam pluribus vulneribus confodit, & rem omnem sine difficultate confessus est, Cumque inter alia pro ipsius defensione dicitur eum uti Clericum pro tali homicidio non posse tradi curiae seculari, nec affici ultimo supplicio; opponitur a se eum non gaudere privilegio fori, quia neque beneficium habet, neque est adscriptus Ecclesiae, neque versatur in scholis de licentia Episcopi ut requirit Concilium Tridentinum *sess. 22. cap. 6.* unde quaeritur quid juris. Die 20. Junii 1609. S. Congregatio Concilii perpendit secundum ea, quae proponuntur, in hoc casu concurrere omnia requisita, ut hic clericus gaudeat privilegio fori: et enim initiatus prima tonsura, incedebat in habitu, & tonsura clericali, & Ecclesiae interviebat; imò etiam in schola versabatur, quia publicam Dralectices lectionem in aedibus S. Mariae supra Minervam audiebat. Unus tamen superest scrupulus, quod nec ad intervendum, nec ad vertendum in schola ulla praecessit licentia, nullumque mandatum Vicarii urbis, ut requirit Concilium, dum *cap. 6. sess. 23.* statuit hujusmodi Clericum privilegio fori potiri si interviat Ecclesiae de mandato Episcopi, vel in schola versetur de Episcopi licentia: sed hanc difficultatem sustulerunt duae antiquae decisiones Congregationis, quarum altera declaravit privilegio fori gaudere clericum minorum Ordinum in habitu, & tonsura incedentem, intervientemque Ecclesiae, tamen absque ullo Episcopi mandato. Altera determinavit talem clericum intervientem alteri Ecclesiae quam ei, cui mandaverat Episcopus ut interviret, nihilominus gaudere privilegio fori, nimirum quia qualitas mandati, vel licentiae est levis, satisque est concurrere quae potiora sunt, nempe tonsuram, delationem ipsius cum habitu clericali, servitium ecclesiae, vel commorationem in schola aliqua. Ita enim etiam cessante Episcopi mandato, vel licentia satisfit menti Concilii ed tendentis, ut solus Clericus, qui quasi in via ad majores Ordines suscipiendos versabatur, nec causa effugiendi seculare forum vagus huc illuc discurreret, sed ecclesiastico servitio insisteret, fori privilegio se ju-

vare posset, quae qualitates in hoc clerico cum sine Concilio concurrunt, quamvis non afferat mandatum, vel licentia Episcopi. Itaque pro certo habentes hunc clericum fori privilegio gaudere, Patres mandarunt Secretario, ut eorum nomine alloqueretur Gubernatorem urbis, ut suspenderet in causa, donec res posset referri ad Sanctissimum.

Secundo QUÆRO, Posita Constitutione sanc. mem. Sixti V. de habit. & tonsura Clericorum, &c. quae incipit, *sacrosanctam*. An Clericus primam Tonsuram, vel minorum Ordinum obtinens beneficium ecclesiasticum, & habitum ac tonsuram nequaquam deferens tamquam propterea beneficio vigore dictae Constitutionis ipso facto privatus, intelligatur amisisse fori privilegium, adeo ut etiam ante latam a iudice ecclesiastico declaratoriam super facto, videlicet quod tonsuram, & habitum clericalem non gestaverit, fori privilegio minime debeat gaudere.

Certum est privatum beneficio ipso jure, & sic per sententiam juris non posse amoveri a beneficio, quo privatus est, antequam crimen sit probatum, & declaratum per sententiam hominis: alioquin privatus posset agere ipso, ut pluribus probat Oldrad. *conf. 227. de roto thema te, num. 4. vers. Secundo obicit*, & Petr. de Anchar. *conf. 189. Tribus de causis, num. 3. & 4.* Quantumcunque enim lex imponat poenam ipso jure, semper tamen requiritur declaratoria iudicis super facto, priusquam poena ipsa possit executioni demandari: casus est alter in cap. *Cum secundum*, §. *Constitutionis*, & ibi omnes notant, praefertim Gemin. & Franc. de verat. lib. 6. Joann. Andr. post Archid. in cap. *Felicis*, num. 2. *de pœn. eod. lib. Bald. in c. 1. in fin. quibus mod. scad. amitt.* Calderin. *conf. 95. n. 3. in fin. vers. Est etiam in finem altis 1. de treug. & pac. Rom. conf. 211. Allegationes n. 4. vers. Secundo moveor*, & passim Doctores. Quamobrem die 6. Octobris 1612. in S. Congregatione Concilii, cui interfuerunt S. R. E. Cardinales S. Caecilie, de Monte, Platrus, Mantica, Argonius, Millinus, & Lancellocus, proposito supra scripto dubio omnes absque ulla discussione censuerunt hujusmodi Clericum nullo facto excludi a fori privilegio nisi post latam a iudice ecclesiastico declaratoriam super facto, seu delicto, id est quod habitum, & tonsuram clericalem minime gestaverit. Et subinde orta dubitatione an Clericus beneficium non intervius alicui Ecclesiae, qui habitum, & tonsuram gestare consuevit, licet aliquoties hujusmodi gestatione a intermiserit, incidat in poenam amissionis beneficii Constitutione Sixti V. sanc. mem. hac de re edita impositam, ita ut lata postea declaratoria super facto, fori privilegio gaudere non debeat: omnes uno ore censuerunt respondendum, hujusmodi Clericum habitum, & tonsuram gestare solitum, tamen aliquando talem gestationem intermiserit, nequaquam incidisse in poenam privationis dicta Sixti V. Constitutione imposita, & ex consequenti non amisisse fori privilegium, sed eo tamquam beneficium debere potiri ad praescriptum Decreti ejusdem Concilii *cap. 6. sess. 23.*

Tertio QUÆRO, An Clericus prima tonsura praesentatus a Patrono ad Capellam Sacerdotalem,

detur immorandum, cum praesertim de eo satis dictum fuerit supra in cap. Ecclesia S. Mariae, de Constit.

59 Quinto QUARO, utrum consuetudo, secundum quam Clerici habitum, vel tonsuram deferentes fori privilegio gaudent, licet beneficii ecclesiastici non habeant, nec alicui ecclesiae interserviant, vel in Seminario clericorum, aut in aliqua schola, vel Universitate de licentia Episcopi versentur, juxta cap. 6. sess. 23. Concilii Tridentini, sit necne observanda.

Nuper Sac. Congregatio Concilii declaravit clericum constitutum in carceribus Curiae Archiepiscopalis Mediolanensis secundum ea, quae proponebantur, eo quod qualitates a Concilio requisitas non haberet, privilegio fori minime gaudere. Sed cum postea compertum esset in eadem facti specie enunciaci, ac supponi consuetudinem Mediolani existentem, ut clerici non beneficiati hoc privilegio fruantur, etiam si Ecclesiae non interserviant. Cujus tamen consuetudinis S. Congregatio nullam habuit rationem, sed idem iterum quantum est ad praedicta consuetudine supposita dictus clericus fori privilegio gaudere debebat.

60 Haec quae potest referri tam ad consuetudinem ante Concilium introductam, quam ad eam, quae postea inolevit: Si referatur ad consuetudinem introductam ante Concilium, verius videtur illam fuisse sublatam Decreto d. cap. 6. sess. 23. nam cum de jure communi clerici habitum, vel tonsuram deferentes gauderent privilegio fori etiam si alicui Ecclesiae non interservirent, cap. si iudex laicus, de sent. excomm. lib. 6. Cardin. post Joann. Andr. in cap. Contingit, si secundo, in 2. oppos. eodem tit. Cepol. conf. 1. 1. num. 42. Capra conclus. 37. num. 87. vers. Aut incedit in habitum clericali. Si quae vigeat consuetudo, ut Clerici privilegio clericali gauderent, illa erat conformis dispositioni juris communis. Ac propterea eum Decretum dicto cap. 6. jus commune sustulerit, eodem modo sustulit consuetudinem illi conformem. Sic docet Joann. Andr. in cap. Vnico, num. 2. in ver. Nolumus, de Cler. conjug. lib. 6. ubi probat consuetudinem, secundum quam Clerici conjugati gaudebant fori privilegio, etiam si carerent qualitatibus ibi requisitis, esse sublatam per illam Decretalem, licet ibi nulla fiat mentio consuetudinis, eo quod cum de jure communi clericus gauderet privilegio fori absque illis qualitatibus, consuetudo conformis juri communi abrogatur sublato jure communi, quo utentes non videntur voluisse novam consuetudinem inducere: & opinionem Joann. Andr. sequuntur ibi Anchar. Gemin. & alii, Fulgos. consil. 123. Praesuppositus, num. 2. Sylvest. in ver. Clericus primo, in 7. q. num. 6. Ratio est, quia ubi nova Constitutio sustulit veterem legem, censetur etiam sustulisse consuetudinem tamquam ipsius legis effectum: non enim illa dicenda erat proprie consuetudo, sed legis observantia, quae extinguitur per legis abrogationem, ut animadvertit Alex. in l. De quibus, in princip. ff. de legib. & Roch. de Consuet. num. 1. 1. nam, ut ait Joann. Andr. loco citato super jure non super consuetudine fundabantur adus praeteriti; atque ita deficiebat animus consuetudinis introducendae. Quod alia etiam

ratione probatur, quia si Concilium quoad clericos non conjugatos sustulisset jus commune, sed non illius observantiam, nihil fecisset, sustulisset enim jus, quod in usum non erat, & quod tollere non oportebat, utpote jam sublatum ex non usu. Atque hanc rationem uti evidentissimam ponit gloss. singularis in cap. 1. in ver. Fatis, vers. Item probo id evidentissimam ratione, de Constit. lib. 6. & sequuntur in materia, de qua agitur, ibidem Gemin. col. 1. in 2. oppos. & Franc. col. 7. vers. In ea glossa sibi, esset absurdum.

62 Neque obstat huic conclusioni, quod cum Decretum d. cap. 6. sustulerit consuetudinem quoad clericos conjugatos tantum, ut innuunt illa verba, quoad hoc 3. videtur illam praeservasse quoad alios clericos: nam ideo Concilium sustulit consuetudinem quoad clericos conjugatos tantum, quia illa erat contraria juri communi, nempe Constitutioni Bonifacii VIII. in d. cap. Vnico, de Cler. conjug. lib. 6. Quamobrem dum Concilium ibi innovavit dictam Constitutionem, necesse fuit ut derogaret contrariae consuetudini, cum aliquo per innovationem veteris legis non fuisset sublata consuetudo contraria, nisi eidem consuetudini expressè derogatum fuisset, secundum opinionem Joann. Monach. Joann. de Lign. & Prob. in d. cap. Vnico. At verò quoad clericos non conjugatos non fuit opus derogare consuetudini, quia cum illa esset juri conformis, non sufficienter sublataper juris abrogationem, & haec quoad consuetudinem ante Concilium.

63 Quo verò ad consuetudinem, quae postea introducta est, Roch. de Curte in tract. de statut. sibi. 6. num. 1. in terminis d. cap. un. putat valere consuetudinem, quod Clerici gaudent privilegio clericali, etiam si habitum, & tonsuram non deferant: & in hac sententiam citat Fulgos. dicto consil. 123. in 1. dub. idemque supponit Bartholom. Theges in tract. de crimin. par. 1. §. num. 19. inter tractat. commun. tom. 1. par. 1. & idem Roch. in tract. de consuet. num. 207. asserit consuetudinem disponentem idem, quod jus antiquum correctum, qualis est haec, secundum quam Clerici habitum, & tonsuram deferentes gaudent privilegio fori, licet non interserviant alicui Ecclesiae, praesertim rationabilem. Quod ipsum sentit Gemin. in cap. Accedens, in fin. §. 0. distinet.

64 Sed his non obstantibus verius videtur propositam consuetudinem Ecclesiae Mediolanensis, non esse observandam, quia contra Concilia generalia consuetudo valide, ac legitime introduci non potest, ut firmat Hostiensis, & Joann. Andr. in cap. Cum laicus, prope fin. de rebus Eccl. non alienan. ubi per textum in cap. Canones, & cap. Sicut sancti by angeli, 1. §. distinet. allerunt Concilium generale esse observandum sicuti Evangelium, ac propterea contra ipsum non posse consuetudinem valide introduci, & sequitur Bald. in tit. de pace Constituta, col. 4. §. Imperialis clementia, in ver. Mos Romanorum, sub num. 22. in fin. Jas. in l. De quibus, col. 13. num. 54. vers. Adde quod eodem modo, nihil valet consuetudo aliquid introducens contra Concilia generalia, ff. de legibus, Roch. in eodem tract. de consuetud. num. 545. vers. Secundo limita. Movetur etiam, quia lex edita in Concilio generali censetur habere clausulam

65 66 deo.

derogatoriam ad sequentes contrarias dispositiones, cap. Ex parte, de Capell. Monach. & tractat Archid. in cap. 1. in ver. Noscatur, de Constit. lib. 6. Bald. in l. Humanum, C. de legibus. Oldrad. conf. 326. & conf. 328. Gemin. conf. 6. n. 2. late Felin. in cap. Nonnulli, n. 2. & ibi dixi, n. 2. 1. supra de rescriptis.

67 Neque obstat quod Concilium Tridentinum non videatur habere hujusmodi clausulam derogatoriam, cum saepius S. Congregatio declaraverit non esse opus ut Tridentino Concilio specialiter derogetur, sed satis esse ut Pontifex statuat contrarium, ejus, quod Concilium disposuit: nam responderet id procedere si Pontifex expressè statuat contra Concilium, non autem si simpliciter permittat, vel tacite consentiat, ut in consuetudine: non enim ut ait optimè Oldrad. d. conf. 326. sub num. 1. (Papa praesertim potest nedum juri publico, sed quali divino cum solemnitate, videlicet in sacris generalibus Conciliis promulgare sub tali taciturnitate voluisse derogare) Haec ille: & requiri consensum expresse probat doctrina Franch. in cap. Cum de beneficiis, sub num. 2. vers. Secundo quare, de Prob. lib. 6. quam sequitur etiam Rota coram Cavalero in causa Romana Concordia S. Petri 12. Februarii 1610.

68 Rursus non obstat, quod per hanc consuetudinem reducatur ad jus commune, & quod ea sit in favorem fori ecclesiastici: Nam verè juris communis dispositionem Concilium non sustulisset, nisi censuisset hoc in majus Ecclesiae bonum, & Christianae republicae utilitatem redundare, arg. cap. Non debet, de consang. & affinit. nimirum ut Clerici Ecclesiae promptius interservirent, nec incertis vagarentur sedibus, aut negotiis laicalibus se immitterent in opprobrium Ordinis clericalis, arg. cap. Neminem, & cap. Sanctorum, 70. dist. & cap. 16. sess. 23. ejusdem Concilii, & alias ob causas, de quibus infra num. 73. Ad hoc textus optimus in cap. fin. 92. dist. & quod dixi supra in 3. quæst. n. 41. & 42.

69 Non obstat postremò quod asserunt Advocati pro dicto clerico, quod non versetur in consuetudine, sed in non usu, eo quod Concilium in parte, non fuerit Mediolani receptum; & quod lex etiam lata in Concilio generali non obliget nisi recepta fuerit, secundum Abb. in cap. Cum olim, de cler. conjug. & in terminis Concilii Tridentini extat cons. Navarri primum de Constit. nam responderet Constitutiones Papae praesertim latae in Concilio generali censeri effectum sortitas cum primùm sunt promulgatae, & omnes ligare, cap. 1. de Constit. gloss. magna in prom. Clem. & Cardin. ibidem. Nec potest contraverti quominus Concilium Tridentinum quoad omnes sui partes receptum fuerit Mediolani. Sed si quid ibi contra Concilium factum est, potius dici potest consuetudo contra Concilium, quam non acceptatio Concilii. Ac

70 praterea lex ita demùm definit per contrarium usum obligare, si Pontifex sciat, & non contradicat, tunc enim videtur illi contraventioni, & inobedientiae acquiescere; & mores contrarios approbare, gloss. in cap. De libellis, in fin. 20. dist. & Abb. in d. cap. Cum olim, n. 3. Felin. post alios in cap. 1. sub num. 6. vers. Lex nova, de treug. & pte. ubi testatur de communi opinione, Co-
Prosp. Fagn. in 2. Decretal. Tom. 3.

71 vart. variat. resol. lib. 2. cap. 16. num. 6. vers. Quin-
72 73 rō sunt, Put. decis. 1. in fin. lib. 1. Quia inō nec sufficit tacitus consensus Papae, sed requiritur expressus, secundum Franc. in cap. Cum de beneficiis, num. 4. de Præben. in 6. Caputaq. decis. 204. num. 2. part. 3. & Rota in dicta Causa Romana Concordia S. Petri, 12. Februarii 1610. De hac autem scientia, & approbatione Pontificis minime constat in casu praesenti. Verum exceptio illa quod lex usi recepta non fuerit, cum constitutiones Papae non pendente à populi voluntate, sed à potestate Summo Pontifici à Deo attributa, numquam debet admitti, ut determinat post alios Cardin. in prom. Clementin. §. Universitari, num. 2. Itaque videtur respondendum propositam consuetudinem nequaquam esse observandam, & ita S. Congregatio respondit.

72 Sexto QUARO, An clericus non incedens in habitum, & tonsuram, vel alias non habens qualitates cap. 6. sess. 23. Concilii Tridentini sicut amittit privilegium fori ex dicto Concilio Decretum, ita etiam privilegium Canonis amittere censetur.

73 Nostrium non est legem, vel canonem ultra casum suum extendere, arg. l. si verò, §. de viro ff. sol. matrim. Si enim Concilium voluisse in casu, cap. 6. sess. 23. comprehendere etiam privilegium Canonis; sicut itaque de privilegio fori, statueret potuisset de privilegio canonis, ut dicitur in simili in cap. Ad audientiam, de decim. vel saltèm communem vocabulo de privilegio clericali dixisset, juxta cap. Vnicum, de cler. conjug. lib. 6. Quod igitur non est S. Patrum Decretum tantum, superstitiosum non est ad inventionibus praesumendum, cap. Consultasti, 2. q. 5. & cap. Inter corporalia, de translat. Episc.

73 Videtur etiam considerandum limitationem quoad fori privilegium rationabilem esse cum propter querelas officialium secularium, ad nos per Joann. Andr. in d. cap. un. tum ut clerici in officio continentur, illorumque malitios obvietur, cap. Ex parte, l. ultim. de privileg. tum propter Episcopos, qui merito excluduntur ne possint repetere vicinos incertis sedibus vagantes: nam cum debuerint illos alicuius Ecclesiae servitio adscribere, juxta d. cap. 16. sess. 23. patitur etiam habitum dimisso incedere statum denique quia ex hoc quod foro seculari supponatur clericus, nulla interrogatur iniuria, neque O dimi clericali, cum auctoritate canonum supponatur, neque ipsis personis, quae jure merito iustitiae suo iocuntur. At privilegium canonis nullius jurisdictionem laedit; retinet laicos ab injuriis inferendis clericis, quibus infensi sunt, gloss. in cap. si quis suadente, 17. quæst. 4. Si illo privarentur, id contingeret inter eum absque illorum culpa: nam etiam si in habitu, & tonsura incederent, non est tamen vitam ducerent, quia tamen forte alterius culpa, vel impedimento beneficium non obtinerent, vel Ecclesiae de mandato Episcopi non interservirent; delituerunt privilegio canonis in favorem clerici concessio, expoliti non quidem iudicium iudicis, sed privatorum injuriis, ac violentiis.

Accedit quod iudex laicus procedens contra clericum, si modo violentia abstineat, de jure non est ipso facto excommunicatus, textus est in cap. pro, & ibi diximus, n. 3. infra eodem. Nec
E facit